



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Victorinus Conf. 8. Iunii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

S. VICTORINUS CONF. 8. Iunii.

RECTÈ olim pronunciatum est, utcumque rara sit inter homines innocentia, plures esse, qui ab eâ nunquam diverterint, quàm qui seridò reverterint. His tamen tam paucis VICTORINUM accenseas licet magnum poenitentiaë miraculum. Romæ natus cum Severino fratre Camerinum discesserat, tutissimum vitæ genus, vitato omni humano confortio, aggressus: sed quod mihi asylum dabis, quod non dæmonis improbitas perrumpat? Is vultum habitumque feminaë mentitus nocte intempestâ VICTORINI tugurium auresq̃ue lamentis opplevit, dignaretur tecto ultima pericula metuentem, neque prædam se feris objiceret. Peccaturus in humanitatem sibi VICTORINUS videbatur, si ad has preces obsurduisset. Recepit ergo dæmonem hospitio, sed sub larva tam bella latentem, ut ille hominum osor hujus amore captus sit. Conflagrantem facibus fœdæ cupiditatis personata lena deseruit, intellexitque miserrimus amator, qualis illecebra Deum sibi mentemque eripuisset. Jus deinde sibimet dixit, immissaque intra diffissæ arboris rimas manu, revulsis cuneis, arctè iterum coëunte trunco inusitato cippo miserabilis se captivus induit; stetitque sic affixus

360 VITÆ SANCTORUM. 8. Iunii.
triennium integrum; Dominicis duntaxat
diebus panem & aquam è Severini ma-
nibus libare solitus; cùm demum iubente
Camerinensi Episcopo, emortuam ab
inaudito carcere manum, utique conci-
liato Numine, recepit. Audite peccato-
tes. VICTORINUS momentum unum
trienni supplicio vindicavit; nos ævo
continuo peccamus, & vix momento re-
suscipimus. *Ex Phil. Ferrar.*

*Inanis est penitentia, quam sequens cul-
pa coinquinat: nihil profunt lamenta, si
replacentur peccata. Nihil valet de malis
veniam postulare & mala de novo iterare.*
S. August. in soliloq.

S. MEDARDUS EP. 8. Iunii.

Nolit fortasse à Gildardo gemello suo
se jungi MEDARDUS, cum quo
ita communia habuit omnia, ut eodem
die ambonari, ambo denati, ambo sa-
cris infulis induti sint: leges tamen hic
seorsim de MEDARDI pueritiâ paucula,
de Gildardo paria cogitabis. In splendi-
das opes natus unicum earum usum nove-
rat, liberalitatem. Prætextam suam cæco
largitus, ad matrem propè nudus recur-
rit, gestiens quòd tantillâ veste Christum
induisset. Equorum custodiam cum ultrò
sibi depoposcisset, unius abducendi co-
piam egedo viatori fecit; cuius jacturam
cùm pater acerbè ferret, gregem recen-
sen-